

*MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80540-10*

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

MENZEL, ROBERT

TITLE:

DE AUTOS PRONOMINE

PLACE:

GRYPHISWALDIAE

DATE:

[1862]

Master Negative #

92-80540-10

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.5
Z8 Menzel, Robert, 1837-
v.5 De cūctōs pronomine. Dissertatio...quam...defen-
det scriptor Robertus Menzel... Gryphiswaldiae,
typis F. G. Kunike, [1862],
37 p. 20 cm.

Thesis, Greifswald. 1862.

Volume of 7 numbers

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 4-7-92 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100

Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches




MANUFACTURED TO AIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

C

97-51288

887.5 28
Columbia University 5
in the City of New York
LIBRARY

The seal of Columbia University, featuring a central figure holding a book and a torch, surrounded by the Latin inscription "SIGILLUM COLLEGIUM COLUMBIANUM NOVI EBORACI" and the date "1792".

*Greek language - Grammar - Pro-
nouns*

DE ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΝΟΜΙΝΕ.

no 1

28

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOSOPHICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
GRYPHISWALDENSIS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIIS

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE OBTINENDOS

DIE XXVIII. MENSIS FEBRUARII ANNI MDCCCLXII

H. XI L. S.

PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

ROBERTUS MENZEL,

POSNANIENSIS.

1537-

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

HERMANNUS HIECKE, CAND. PHIL.

ALBERTUS MACIEJEWSKI, CAND. PHIL.

ALEXANDER LANGER, STUD. PHIL.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNKE, REG. ACAD. TYPOGR.

887.5
28
.5

PARENTIBUS
OPTIMIS DILECTISSIMIS
SACRUM.



I.

Quum circumspicerem dissertationis argumentum, cujus tractatio ut vires meas non excederet ita iudicibus benevolis satisfaceret, de *αὐτός* pronomine, quod quamquam partim perfectam quandam absolutamque inquisitionem expertum est, tamen in universum, quantum sciam, nisi ab uno Hermanno nondum est explicatum, visum mihi est disputare, praesertim quum et ex veterum grammaticorum maximeque Apollonii Dyscoli de ea re praeceptis nonnulla commemoratu digna addi posse existimarem et res simul gratam mihi commodamque afferret occasionem de Aeschyli aliquot locis quid sentirem exponendi.

Nomina quum substantiae et qualitatis significationem continentia materialem, ut cum philosophis barbare loquar, rerum vim et naturam exprimant, pronomina hoc habent proprium, ut tantummodo ex variis quibusdam quae inter res intercedunt rationibus partim substantiam designent partim adhaerentem ei quantitatem qualitatemque significant non tamen nominent. Ex quibus ea pronomina, quae latiore significatus ambitu demonstrativa vocari possunt, arctiore quodam vinculo conjuncta videntur esse, quippe quum a ceteris eo differant, quod res propius longiusve aut oculis aut animis objectas designant sola quam continent vi demonstrationis. In qua quum praecipue pronominis natura posita esse videretur, non est mirandum, quod haec potissimum sola in pronominum numerum adscribe-

bantur et ab aliis antiquitatis grammaticis multis et doctissimis¹⁾ et ab ipso Apollonio, quum hanc proponit definitionem: Ὅριστόν οὖν τὴν ἀντωνυμίαν ὧδε λέξιν ἀντ' ὀνόματος προσώπων ὀρισμένων παραστατικῆν, διάφορον κατὰ τὴν πτώσιν καὶ ἀριθμόν, ὅτε καὶ γένους ἐστὶ κατὰ τὴν φωνὴν ἀπαρέμφατος²⁾. Hac enim circumscriptione non solum ea, quae indefinita et interrogativa nominari solent, et ἄλλος amoventur ab aditu pronominum, quorum scilicet a natura nihil sit tam alienum, quam non posse personas definire, (ὀρίζειν) Apoll. de pr. p. 33, c. 41, B. sed etiam omnia illa, quae dicimus adjectiva. Schoemann. de part. orat. p. 122. Eminent vero inter ea quae sic retinet Apollonius demonstrativa id, ad quod jam in eo est ut transeam pronomen, quod propter naturam suam multo majorem quam reliqua usus suscepit varietatem. De qua qui scribere instituit, initium explicationis ab ea significatione repetere debent, ex qua tamquam ex communi fonte illae diversitates ortae sunt. Quod ut fieri possit, originatio vocabuli nobis quaerenda est, quae quidem in nostro pronomine nulli obnoxia videtur esse dubitationi.

Est enim αὐτός ex duabus compositum radicibus, quarum prior relativam habet potestatem, altera demonstrativam. Αὐ radix et ipsa per se conjunctio est, qua rursus repeti aliquid significetur, et cum aliis radicibus demonstrativis composita eandem fere quam simplex vim retinet, ut in αὐδῆς (αὐτίς) αὐτε (apud Latinos 'autem') conjunctionibus³⁾, quae composita eo tamen differunt, quod praeter simplicis repetitionis significationem etiam id, quod repetitur, quasi oculis rursus subjiciunt, similiter ut in αὐθι adverbio repetitio significatur loci θι suffixo indicati⁴⁾. Altera autem pronominis nostri pars, cujus vis demonstrativa cum substantiae significatione conjuncta

1) Vix dubium est, quin Aristarchus quinque eum sectabantur, tantummodo ea quae nunc specialiter vocamus personalia cum reciproci et possessivi et quae tertiae personalium personae adnumerantur demonstrativi ἀντωνυμίας appellaverit.

2) de pron. p. 10.

3) Schoemann. de part. orat. p. 110 adn. 1.

4) Lacones et Cretenses Hesychio teste αὐς pro αὐτός usurparant.

etiam in adjectivis verbalibus deprehenditur⁵⁾, nisi in obliquis casibus τοῦ τῷ τόν vitam suam liberam non servavit. Quae quum absolutam demonstrationis vim natura propriam habeat perinde atque cetera quae nos recentiores proprie dicimus demonstrativa nullamque personarum discretionem contineat, promiscue de omnibus personis usurpari potest. Fallitur igitur Apollonius, quum αὐτός pronomen per se non nisi tertiae personae esse contendit, quamquam primae et alteri personae appositum latiore accipere potestatem concedit de pron. p. 79 C. seq. Qua ex re intellegitur, tum demum unamquamque usum varietatum, in quas hoc pronomen abiit, ad verum fontem revocari posse, quum hanc generalem ejus demonstrationis vim respexeris.

Haec igitur quum sit ejus potestas, ut semper relationis notionem teneat, liquet eorum demonstrativorum numero αὐτός ascribendum esse, quae proprie relativa dici solent. Duplici enim ratione quum pronomina res definire possint, ut aut praesentes oculisque objectas demonstrent aut jam antea commemoratas vel aliunde notas referant iterentque, illa proprie demonstrativa, haec specialiter relativa appellabimus. Demonstrativa igitur eo differunt a relativis, quod quum haec secundariam cognitionem indicent, ipsa primitivam, quae etiam ὑπόγνωος vocatur, habent propriam. Apoll. de pron. p. 10 B.: πᾶσα ἀντωνυμία ἢ δεικτικὴ ἐστὶν ἢ ἀναφορικὴ. 77 B.: πρώτη γὰρ ἢ διὰ τῶν δεικτικῶν ἀντωνυμιῶν γινώσκεις. de constr. II, p. 98, 3: ἰδίωμα ἀναφορᾶς προκατελεγεμένον προσώπου δευτέρα γινώσκεις, ἢν ἐπαγγέλλεται ἢ αὐτός ἀντωνυμία⁶⁾. Quem relationis usum quamvis cetera quoque demonstrativa suscipere posse videantur, hoc tamen interest, quod haec, quia propter naturam suam non nisi primariam cognitionem indicant easque personas designant, quae sub oculis sunt, (τὰ ὑπ' ὄψιν ὄντα) quam iterum rem repetunt, eam quasi denuo oculis repraesentare putanda sunt⁷⁾. Quam ob rem quum αὐτός personas οὗτος et ἐκεῖνος

5) Schoemann. de part. orat. p. 50 sq.

6) Etiam ὅς, ubi sit pro demonstrativo, semper secundariae demonstrationis vim habere, Apoll. de pron. p. 71 B. debebat notare.

7) Eadem fere his verbis Apollonius cloquitur de constr. 2, 3, 99: ὁμηρικά τὸ ἐκεῖνος καὶ τὸ οὗτος οὐ δείκνυσσι τὰ ὑπ' ὄψιν, ἀναφέρουσι δέ,

pronomibus indicatas iterare possit, haec nunquam ad αὐτός referuntur. Apoll. de pron. 77 B: ὁρθῶς οὖν ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ ἐκείνος δηλουμένην δεῖξιν ἐπαναπολείται ἢ αὐτός, οὐκέτι μέντοι ἢ ἐκεῖνος ἢ οὗτος ἐπὶ τὴν αὐτός δύναται ἀναπέμπεσθαι.

Jam vero quum in ejusmodi consuetudinem abierit αὐτός, ut duplicem maxime significatum acciperet alterum fortiore alterum debiliore vi, quamquam utrumque a primaria illa relationis vi derivari oportet, tamen, uter tempore prior fuerit, potest quaeri. Logicam enim rationem quum solam sequimur, nihil refert, de quo priore loco dicamus, quum uterque ex eodem cogitationis modo ortus sit, temporis contra principatum si alterutri tribuere debeam, fortiori assignem. Quo enim antiquius erat hominum genus, eo vehementius rebus oculis subjectis animo commoverentur necesse erat et ideoque significantiore vocibus ad eas indicandas uterentur; quae quum jam magis hominum animi ab externarum rerum servitio abstraherentur, saepe paene in logicas tantummodo notiones transmutari coeptae sunt. Accedit hoc alterum, quod extenuata pronominis vis aliena potius vice quam propria ac naturali fungitur, siquidem tertiae personae pronomem primitivum jam antea relationis hujus simplicis munus sortitum videtur esse. Attamen ab hac disputandi exordium capiam, quum sic commodissime expositio mea fieri posse videatur, si a faciliore simplicioreque usu ad difficiliorem implicatioremque progrediar.

Est igitur ejusmodi hic usus, ut nominis alicujus vel pronominis cogitationem in orationis progressu simpliciter et sine ulla vi referat aequae atque usurpantur 'is ea id' pronomina saepe numero apud Romanos. Quo munere quum tertiae primitivorum⁹⁾ personae ἢ οὗ οἷ ἢ fungi deberent, haec

δεῖ νοεῖν ὅτι ἢ ἐκ τούτων δεῖξιν ἐπὶ τὸν νοῦν γέρεται, ὥστε τὰς μὲν τῆς ὄψεως εἶναι δεῖξεις, τὰς δὲ τοῦ νοῦ. Schoemannus τὴν τῆς ὄψεως δεῖξιν 'ocularem' demonstrationem dicit, alteram 'mentalem'. (Animadversionum ad veterum grammaticorum doctrinam de articulo caput alterum p. 6 Gryphiswald. 1862.)

8) Apollonius quum Dionysium Thracem et Tryphonem secutus duas pronominum species distinguit (de pron. p. 19 B.) ἀνωνημίας πρωτοτύπους et παραγωγούς — primitiva et derivativa — illa ea pronomina, quae nunc personalia dicimus, intellegit, haec, quae a pri-

in temporum cursu paullatim magis magisque obsoleverunt praecipue in singulari numero et obliquos nostri pronominis casus tantum non in integram suam ipsorum potestatem surrepere passa sunt. Quod quum aliis ex causis factum esse possit, tum non minima putanda est ea, quod quum primae et alterius personae genus ubique ipsa demonstratione appareat⁹⁾, tertiae personae pronomina, nullam quia generis παρ-έμφασιν habent, tum demum genus discernere possunt, quum ea quae demonstratur res sub oculis cadit. Cujusmodi demonstrandi genus quum in summa populorum antiquitate unicum fuisse consentaneum sit, illis temporibus satisfacere poterant haec primitiva. Sed postquam paullo cultior hominum aetas demonstrativis jam non tantummodo ad res oculis subjectas designandas uti coepit, sed etiam de eis, quas animo fixas teneret et in majore sententiarum circuitu ἀπαρέμφασιν generis saepe locum dare potuit dubitandi, ad quam rerum praecedentium pronomem referretur, tum jam circumspeciebat magis ad usum accommodatum pronomem relativum. Nominativus vero pronominis personalis ἢ ideo etiam multo magis obliteratus est, quod, postquam semel verbo nomen datum est, hoc procedente oratione illa in ipso verbo latens subjecti significatio satis determinatur neque repetito opus est. Quare etiam id pronomem, quod hoc munere fungi debebat, usu praetermissum et neglectum est¹⁰⁾. Eadem ex causa αὐτός in nominativo nunquam simplicem debilioremque relationem significat. In plurativo nu-

mitivis derivata sunt, possessiva. Demonstrativa vero οὗτος, ὅδε, ἐκεῖνος quum discrete item primitivis ascribat, de pron. p. 20 C, 25 A. 80 B. hoc et propter horum vocabulorum rationem, quae quidem ipse Apollonius de pron. p. 71 B. derivata esse autumat, fieri nequit neque quum hujus bipartitionis causas inspicio, Dionysium et Tryphonem ea ad illam divisionem pertinere voluisse crediderim. Quodsi rectum est meum iudicium, etiam haec res non nihil ad Schoemanni sententiam conferre videtur, qui credibile esse censeat, (in libello de partibus orationis p. 120.) Dionysium hoc discrimen fecisse inter personalia et demonstrativa, ut haec ἀόρατα δεικτικά, illa proprie ἀνωνημίας vocaret.

9) de pron. p. 13 A. συνεξηγούμενον γὰρ ἔχει τὸ γένος ἢ δεῖξις.

10) Herman. opusc. I, p. 330. Schoemann. de partt. orat. p. 107 dnot. Apollon. de pron. p. 69 C.

mero frequentiore usu fuerunt primitiva, quia quum multitudo rerum varietatem saepe generum contineat, id quod nullam significet generis distinctionem pronomen optime convenit.

Jam vero ut tertiae personae personale sine vi prolatum accentum amittit, sic etiam nostrum pronomen et ab aliis grammaticis veteribus nonnullis, ubi significatio postulare, enclitice scribi jubebatur et Apollonius in eandem abierat sententiam de pron. p. 33 A. 41 C. 77 C: ἡ δὲ (sc. αὐτός) μόνως ὀρθοτονεῖται, ἀναμφιλέκτως μὲν κατὰ πᾶσαν πτώσιν, κατὰ δὲ αἰτιατικὴν οὐκ ἀναμφιλέκτως. Ceteri casus quid obstet, quominus encliticam formam induant, doceris ex Apoll. de pron. p. 45 B et de const. II, 18, p. 136, ubi sic scriptum invenies: διὰ τοῦτο καὶ ἡ αἰτιατικὴ πτώσις ἀπολυθεῖσα τῶν ἐμποδιζόντων, λέγω τῆς ἐμπτώσεως τῶν χρόνων, ἀναγκαίως τὴν ἔγκλισιν παρεδέξατο. Quomodo verba ἀπολυθεῖσα τῶν ἐμποδιζόντων κ. τ. λ. intellegi velit, planum est ex eis, quae disputat de pron. 78 C. Nominativus enim quum propter vim suam ab inclinatione abhorreat¹¹⁾, genitivus et dativus quum pariter atque ἡμῶν ἡμῖν reliquaque quattuor morarum enclitica accentum in priorem syllabam retrahere debent, eo ab hac pronuntiatione abstinerunt, quod cum aeolica congruebat. Neque tamen, inquit Apollonius, quum minore vi proferuntur, circumflexae syllabae sonus debet intendi sed remitti¹²⁾, ut species inclinationis servetur. Attamen ne in accusativo quidem omnes cum Apollonio ejusque auctoribus fecisse eam scilicet ob causam, quod ea quae genera forma distinguerent pronomina prorsus nequirent esse enclitica, ex locis supra laudatis discimus. (Cf. etiam de constr. II, 18, 136). Tryphon quidem, quamquam ipsius Aristarchi discipulis ascriptus, propter illam causam etiam celebri illo loco II. XII, 204

κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στήθος κ. τ. λ.

contra magistrum αὐτὸν enclitice scribentem, ut ab ἔχοντα participio suspensum notaret, adhortabatur (παρήγει), ut recta forma adhiberetur¹³⁾. Apollonius contra fortiter accusativo inclinatio-

11) de constr. II, 13, 119.

12) Lehrs quaest. ep. p. 125.

13) Hoc quod, ut Lehrsius adnotat, modestius impugnare videtur, causam fortasse repetere licet ex pietate ejus erga Aristar-

nem vindicare studet. Primum enim differre dicit discretivam αὐτός pronominis vim ab absoluta. Deinde eorum quae genera distinguant pronominum demonstrativa tantummodo ab inclinatione esse aliena, nullum igitur esse impedimentum, quin αὐτόν, quum non sit demonstrativum, eam recipiat. Hoc alterum argumentum quam sit levis momenti, nemo non videt. Neque enim aut verum est, αὐτόν omni demonstrationis vi carere aut licet, omnia pronomina, quum non sunt demonstrativa, pro encliticis protinus habere, quia sic falso demonstrandi vis ut proprium aliquid verborum recto tenore proferendorum significatur. Quod vero cum demonstrationis vi etiam generis distinctionem conjunctam vult in pronominibus rectum accentum servantibus, hoc ideo facit, quia, ut jam supra commemoratum est, etiam primam et alteram personam pronominis personalis inter demonstrativa numerat. Denique vel ideo non posse demonstrativa οὗτος ἐκεῖνος enclitice scribi affirmat, quod gravem accentum habeant, id secus se habere in pronomine αὐτός. de constr. II, 18, 134: προηρθένεσται γὰρ τὰ ἐγκλιτικὰ μόρια ἐπὶ τέλους ἔχειν τὴν ὀξείαν, ἢ φύσει ἢ δυνάμει — λέγω δὲ δυνάμει διὰ τὰ περισπώμενα. de pron. p. 47 C: καὶ γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον (h. e. διὰ τὴν ἐπὶ τέλους βαρύτητα) ἡ ἐκεῖνος καὶ οὗτος πάλιν μόνως ὀρθοτονοῦνται, τῆς αὐτός ἀκωλύτως καὶ εἰς ἔγκλισιν ἐμπιπτούσης (cf. etiam de pron. p. 43 A. 48 C.) Haec fere ex Apollonii de ea re doctrina afferri possunt.

Jam si quis iterum ad ea, quae Apollonius de pron. p. 77 C de ea re facit verba regreditur, hoc quaerere possit, unicus ne sit ille Homeri locus, in quo Aristarchus inclinationem adhibuerit. Equidem in eam adductus sum sententiam, ut Aristarchum putem hoc solo loco perspicuitatis causa encliticam formam scripsisse ita tamen de ceteris, ubicunque absoluta est pronominis vis, sensisse, ut ne hos quidem ab inclinatione abhorreere judicaret. Sic facile fieri potuit, ut inter discipulos sententiarum diversitas existeret. Itaque etiam suo jure

chum, quem assectatores tanti fecisse notum est, ut cum illo errare se malle quam vera cum aliis sentire profiterentur. Quamquam nescio an non recte Lehrsius καὶ ταύτην (de pron. 77 C) ad ἀνάγνωσιν retulerit. Me quidem vehenter animus impellit, ut ea verba potius ad longius praecedens αἰτιατικὴν pertinere putem.

Fr. Aug. Wolfius hoc tantum loco inclinationem admisit, siquidem de ceteris similibus locis nihil certi effici potest. Eorum vero, quos Hermannus ex veterum grammaticorum doctrina inclinatio accentu scribi jubet¹⁴⁾ locos, duo certe ita sunt comparati, ut procul a se respuant inclinationem II. III, 25. XV, 43. Ceterum quum dubitari posse dicit, an apud Homerum saltem nusquam encliticum sit *αὐτόν*, quum is hoc pronomen etiam in initio versus posuerit, libenter ad ejus sententiam accedo, praesertim quum vel propterea, quod compositum est, vix inter enclitica numerari posse mihi videatur. In eo autem non facio cum Hermanno, quod in II. XII, 204 ab Aristarchi sententia discedens *αὐτόν* ad aquilam referri putat.

II.

Jam pervenimus ab absoluta¹⁵⁾ hac pronominis potestate, quam simpliciter relativam dicere liceat, ad discretivam, quae eadem specialiter determinativa possit vocari, quamquam ne ipsa quidem relationis vim deponit. Duplex vero etsi est hujus potestatis usus, ut aut 'ipse' aut praecedente maxime articulo 'idem' significet, alter hoc cum altero commune habet, quod cum iterum rem demonstret, eam in primis respiciendam commendat. Hoc vero 'ipse', de quo priore loco exponam, ita facit, ut eam ad quam pertinet rem aliis opponat, sive haec oppositio verbis expressa est, sive mente supplenda. Atque hoc quidem etiam Apollonius recte: *ἔτι ἢ αὐτός μετὰ ἄλλης ἀντωνυμίας παρατεθεῖσα μόνον ἐπιτείνει τὰ τῆς ἀντιδιαστολῆς* de pron. p. 9 A. 46 A. fallitur autem *αὐτός* et ipsum demonstrativum fieri affirmans, quum aliis demonstrativis apponatur¹⁶⁾,

14) in opuscul. I. p. 330.

15) Sic vertit Priscian. XVI, 55 p. 141 Apollonii ἀπόλυτος (ἀπολελυμένος), quod de ea re dicitur, quae nullam habeat relationem vel oppositionem, cui opponitur ἀντιδιασταλτικός (ἐν ἀντιδιαστολῇ), quod convertitur latine 'discretivus.'

16) De pron. p. 10 B: αἱ κατὰ τὸ τρίτον καὶ δευτερικαὶ καὶ ἀναφορικαί, ἐκεῖνος, ὅδε, οὗτος, ἰπεσταλμένης τῆς αὐτός, ἥτις πάλιν δευτικῇ γίνεται συντασσομένη ταῖς δευτικαῖς ἀντωνυμιαῖς.

siquidem demonstrativa ea intellegit, quae primariam efficiunt cognitionem. Quod vero etiam primae et alteri personae pronominum *αὐτός* se applicat, hoc intelleges ex eo, quod explicavimus de absoluta ejus demonstrandi vi neque potius Apollonii sententiae acquiesces, quum de pron. p. 79 C. hoc dicit: *πρώτου καὶ δευτέρου νοεῖται* (sc. ἢ αὐτός) *διὰ τὰς συντάξεις τῶν ἀντωνυμιῶν ἢ ῥημάτων· αὐτῇ μέντοι κατ' ἴδιαν τρίτου ἐστὶ*, quam eorum veterum, qui, quamquam rei rationem non perspicientes, consuetudinis ususque respectu trium personarum commune judicaverint.

Hanc igitur fortiolem significationem quod in nominativo unicam servavit, hoc eadem causa obtigit, qua primitivum ζ tanta oblivione obrutum est, ut non nisi pauca ejus vestigia supersint. Jam ipsa haec discretiva pronominis vis quoniam ita est comparata, ut, quum rem ab aliis rebus discernit, varias prout sententia postulat primariae significationis deflexiones asciscat, non incassum operam daturum me esse spero, si in eam paullo accuratius inquiram, quamquam satisfacere in ea se nec vires nec tempus suppetunt.

Ac primum quidem *αὐτός* ita usurpatur, ut inferiori rei opponat praestantio rem, sive haec propter naturam praestat sive propter loci rationem. Hujus notae sunt ejusmodi loci, ubi res universa cuilibet ipsius parti opponatur. II. VII, 474.

ἄλλοι δὲ θίνοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῆσι βόεσσιν.

(sc. *οὐκίζοντο*.)

'Alii pellibus boum vinum mutabant, alii ipsis bubus.' Huc trahi potest II. I, 4:

*πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄιδι προΐαφεν
ηρώων, αὐτοὺς δὲ ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν*

ubi Achivi ipsi sive corpora eorum inanibus umbris opponuntur. Similiter etiam loquitur Cicero de nat. deor. II, 12, 32:

'Nulla pars est corporis nostri, quae non sit minoris quam nosmet ipsi.'

Huc etiam quadrant ei loci, in quibus aliquis distinguatur aut ab eis personis, quibuscum aliquo modo conjunctus est aut ab eis rebus, quae ad eum pertinent. Ejusmodi exempla com- pluria affert Herm. de pron. *αὐτός* p. 310 seq.

Saepe *αὐτός* conjunctum cum nomine proprio et numero

ordinali nomen determinat ut caput eorum, qui numero indicantur. Sic etiam semel δεύτερος αὐτός invenies apud Herod. 4, 113, id quod germanice verti potest 'selbänder.'

Notabiles sunt ei quoque loci, in quibus quum duo subjecta aut objecta unum habent verbum, hoc primariae personae statim se applicat, deinde haec pronomine αὐτός relata cum secundaria re vel persona jungitur. Cujusmodi exempla quum multa sunt apud epicos tum solitarium invenitur apud Aeschylum in Agam. 625 (Dind.):

ἀνὴρ ἄφαντος ἐξ Ἀγαμέμνονος στρατοῦ
αὐτός τε καὶ τὸ πλοῖον.

Jam intellegitur quum αὐτός saepenumero superiorem rem inferiori opponat, qui fiat, ut ipsum per se nulla notione adjecta in vulgari maxime sermone eum significet, qui principalis est loquenti persona. Quo in genere illius Pythagoreorum dicti αὐτός ἔφα in mentem venit.

Proxime ad hunc usum accedit, quum 'ipse' in comparativis notionibus eam determinat, quae gradationem sententiae efficit cujusque commemoratio audienti quandam quasi mirationem injicit. Hanc vero vim quum nunquam fere res per se habeat sed tantummodo in loci contextu, ubi scilicet ad aliquid referatur, pro pronomine rem ipsam premente consuetudini loquendi etiam alia suppetunt verba, quibus et ipsis gradatio indicetur, ut Graeci nonnunquam καί, nostri 'sogar', Romani 'etiam, et, adeo, vel' usurpant 17). Saepe sic cum emphasi apponitur ejusmodi rei, quae vel ubique vel pro praesenti statu praestantissimam vim habere cogitetur, ita ut super ceteras

17) Quod saepissime cogimur αὐτός vel 'ipse' germanice adverbio convertere hujus rei causa repetenda est ex ea qua Graeci et Romani usi sunt in cogitando animi alacritate. Propter hanc enim quum omnia, quantum fieri potuit, ad subjectum vel objectum, quae maximam vim habent in enunciatione, referre studerent, adverbii, quorum notio minus valere putabatur, adjectiva et pronomina praeferebant. Propterea etiam Oed. R. 458: γανήσεται δὲ ... ἀδελφὸς αὐτός καὶ πατήρ 'Bruder und Vater zugleich.' Thuc. 6, 87, 3: καθ' ὅσον δὲ τι ὑμῖν τῆς ἡμετέρας πολυπραγμοσύνης καὶ τρόπου τὸ αὐτὸ ἔνυμφερε. Cic. de leg.: 1, V, 15: 'Quoniam scriptum est a te de optimo rei publicae statu, consequens esse videtur, ut scribas tu idem de legibus'.

omnes longe emineat. In quo genere cum deorum persaepe nominibus apud Homerum conjungitur. Il. E 51:

δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτῇ
βάλλειν ἄγρια πάντα, τὰ τε τρέφει οὔρεσιν ὕλη.

Artemis enim quippe quum ipsa sit praestantissima venatrix, una omnium optime venandi artem docere potest.

Idem fere valet αὐτός, quum casu dativo sine praepositione nomini alicui antepositum arctam hujus cum alia re conjunctionem indicat, sive haec conjunctio propria est rerum sive fortuita 18). Hic quum ea quae secundaria habetur res hoc pronomine vindicat, hoc propterea fit, quod haec quasi praeter expectationem ad primariam accedit. Aesch. Prom. 1047:

χθόνα δ' ἐκ πυθμένων
αὐταῖς ὄξαις πνεῦμα κραδαίνοι.

Sept. c. Theb. 551:

ἦ τᾶν πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοάτο
αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοστοῖς κομπάσμασιν.

Sic enim potius legam pro eo, quem libri habent ordinem αὐτοῖς ... κομπάσμασιν, | ἦ τ' αὖ ... post κομπάσμασι κόμμα exhibentes.

In explicando hujus formulae dativo neque eis assentior, qui ellipsin statuunt, ita ut sit omissum μετά vel σύν, neque eo adducor, ut cum Hermanno faciam, qui hunc primitus ablativum instrumenti fuisse affirmat 19). Equidem malim hunc usum ad eundem fontem revocare, ex quo consuetudo illa in militari comitatu ablativum sine praepositione adhibendi fluxit, id est ad eam vim, quae in ipso ablativo inest et propter eam illis praepositionibus carere potest. Conferri potest Sil. Ital. 5, 418: 'avulsa est protinus hosti ore simul cervix.'

In his igitur generibus omnibus quum αὐτός, si tali discrimine uti licet, rhetoricam quandam haberet vim, siquidem ita erat comparatum, ut tantummodo eam cui appositum erat rem prae aliis tamquam digniorem indicaret attentione, nunc sequitur, ut potestatem ejus persequamur restrictivam in eo scilicet positam, quod rem vel notionem rei ab aliis additamentis seclu-

18) Hermann, opusc. 1 p. 312.

19) In opusc. 1 p. 194.

dit. Si quis enim dicit: *ὁ πατήρ ἦλθεν οἴκαδε*, de uno patre ita sermonem facit, ut in medio relinquat, utrum pater solus domum venerit an cum aliis.

Haec igitur ambiguitas tollitur apposito *αὐτός* pronomine. Nunc enim is qui loquitur, id agit, ut auditoris animus totus in eam cuius modo mentio fiat rem dirigatur, ita ut alius quoque rei cogitationem simul capessere nequeat. Quo fit, ut *αὐτός* saepenumero idem fere valeat, quod *μόνος*. Et hanc quidem significationem unam ex eis causis²⁰⁾ fuisse legimus Apoll. de pron. p. 80 B., quibus nonnulli veterum grammaticorum inducerentur, ut *αὐτός* in nominibus numerarent. Quorum sententiam jure meritoque improbat Apollonius.

In hoc genere quum *αὐτός* varias pro loci sententia interpretationes admittat, tum demum, quid quoque loco significet, intellegimus, quum totius loci rationem respicimus vel quid *αὐτός* ubique habeat oppositum scimus, velut si quis dicat: *ὁ πατήρ αὐτός ἦλθεν* aut dictum vult: 'pater ipse venit non alius' aut: 'pater solus venit, non cum aliis' aut etiam: 'pater ipse venit non ab aliis impulsus'.

Jam nonnulla hujus potestatis late patentis exempla proposituri sumus II. P. 634:

ἀλλ' ἄγετ' αὐτοὶ περ φραζώμεθα μῆτιν ἀρίστην,
'quamvis a deo neglecti, ipsi s. soli sine deo optimum consilium excogitemus'. Aeschyl. Choeph. 771 (Dind.):

*ἀλλ' αὐτὸν ἐλθεῖν, ὡς ἀδειμάντως κλήη,
ἔνωχθ' ὄσον τάχιστα.*

'Sed solum eum venire jube, sine satellitibus'. Additum est etiam apud Homerum ξ. 449 *οἶος*, ut res significantius determinaretur; Attici saepe *μόνος* adjungunt, Thucyd. I, 32, 4: *κατὰ μόνας*:

αὐτοὶ κατὰ μόνας ἀπεωσάμεθα Κορινθίους.

Kruegerus ad *μόνας* supplendum censet *μοίρας*. Nescio an non

20) Reliquae, quas afferunt, hae sunt: Eorum quae in os exeunt primitivorum *αὐτός* solum praepositivum articulum asciscere posse, solum oxytonon esse, solum gradum comparativum accepisse velut apud Epicharmum in Aleyone: *αὐτότερος αὐτῶν*. Addere poterant, opinor, id, quod Apollonius dicit de pron. p. 39 B. 79 C. *αὐτός* solum ex pronomibus cum aliis orationis partibus componi '*αὐτοδιδακτος*'.

ineptum sit, si quis '*χείρας*' subaudit, quum hoc certe notum sit, corporis partes saepissime ad formularum usum adhibitas esse. Potest igitur haec formula fortasse ita probabiliter explicari, ut eam corporis partem, quae in re aliqua gerenda maximi momenti sit, totius corporis loco poni dicamus. Sic factum est, ut '*χείρ*' vel '*manus*' saepe '*exercitus*' significet²¹⁾, quippe qui ex hominibus constet, hominis autem in pugna una potissima pars sit manus. Itaque hic *αὐτοὶ κατὰ μόνας* (*χείρας*) idem forsitan valeat quod *αὐτοὶ κατὰ μόνας* vel acsi Thucydides dixisset:

*αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀπεωσάμεθα*²²⁾.

Jam, ut ad ipsam rem redeam, nota est formula: *αὐτοὶ ἐσμεν*, qua Attici in amicorum conventu utuntur, quum admonent, neminem adesse, propter quem minus liber sermo fieri debeat²³⁾.

Saepe *αὐτός*, non praeposito nomini articulo, id efficit, ut vel materiem aliquam alius rei admixtione aut accessione non corruptam significet vel multitudinem rerum ex eisdem partibus constare indicet. Thucyd. 2, 31, 2

*μυρίων γὰρ ὀπλιτῶν οὐκ ἐλάσσους ἦσαν αὐτοὶ
Ἀθηναῖοι*²⁴⁾.

'decem millia hoplitarum erant ad unum omnes Athenienses'. Nos: 'lauter Athener'. Huc pertinent composita: *αὐτολίθινος*, *αὐτόξυλος*: Soph. Philoct. 35: *αὐτόξυλον ἔκπωμα* 'poculum totum ex ligno factum'.

Apud philosophos *αὐτός* saepe id agit, ut integram rei aliqujus notionem significet. Sic apud Platonem *ἐπιστήμη αὐτή* scientiam ut absolutam indicat. Aristoteles hoc pronomem

21) De vario ejus verbi usu cf. Herm. ad Viger. p. 155 seq. (Lips. 1802.)

22) Ne quis *ἑαυτοῦ* de prima persona apud Thucydidem usurpatum reprehendat, opus est commemorato, ipsum Thucydidem hunc usum agnoscere 1, 82, 2: *καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκπορίζόμεθα*.

23) Cf. Hermannum in opusc. 1 p. 314 quosque ibidem citat.

24) Quamquam ejusmodi exempla secernenda sunt ab eis, in quibus articulus propter sequens nomen proprium omitteratur, quale est Thucyd. 3, 2, 2 *αὐτῶν Μυτιληναίων ἰδία ἄνδρες κατὰ στάσιν* — *μηνυται γίνονται*. 'Ipsorum Mytilenaeorum homines privatim propter civilem discordiam delatores fiunt'.

saepe cum aliis verbis componit, ut id, quod εἶδος ἄλλον intellegit, exprimat. Metaph. p. 161, 26 (Brandis): ποιούσιν οὖν τὰς αὐτὰς τῷ εἶδει τοῖς φθαρτοῖς (ταύτας γὰρ ἕσμεν), αὐτοάνθραπον καὶ αὐτοῖππον, προστιθέντες τοῖς αἰσθητοῖς τὸ ὄημα τὸ αὐτό.

Hujusmodi quum habeat vim, αὐτός saepe latine 'per se' vertitur idque tum maxime, quum notari debet, rem vel natura vel propter praesentem suam qualitatem satis facere posse, ita ut non egeat alieno adjumento. Thucyd. 4, 4, 2:

τὸ γὰρ πλεόν τοῦ χωρίου αὐτὸ καρτερόν ὑπῆρχε καὶ οὐδὲν ἔθει τέλους.

id quod hic αὐτό 4, 3, 2 φύσει dicitur. 'Major loci pars natura firma erat'.

Neque absonum cuiquam videbitur ab hujus pronominis proprietate, quippe quod omnia externa a re segreget, si saepe ad accuratam loci vel temporis definitionem adhibetur, in quo genere nos plerumque adverbii utimur. Prometh. 847 (D.): 'Νεῖλον πρὸς αὐτῷ στόματι': 'ad ipsum ostium Nili' 'hart an der Mündung des Nils'. 729: ἐπ' αὐταῖς πύλαις 'dicht an den Thoren'. Sept. c. Th. 528: τύμβον κατ' αὐτόν 'gerade auf dem Grabhügel'.

Denique αὐτός non solum hoc habet proprium, ut alienam rem ipsam amoveat sed etiam alienae rei vim atque impulsum, tamquamsi, quod quis non sua sponte vel ultro 'von selbst' fecit, id non ipse fecisse putandus sit. Itaque ὁ πατήρ αὐτὸς ἦλθεν saepe idem est quod: ὁ πατήρ αὐτὸς βουλευσάμενος vel, ut Homerice loquar, αὐτὸς μεμαῶς ἦλθεν. Derivanda vero est haec quoque praecise loquendi ratio ex eo fonte, unde quum aliarum linguarum multae proprietates profluxerint, tum Graecorum et Romanorum lingua partim suum colorem duxit, ex eximia scilicet illa in cogitando alacritate et quasi agilitate, qua praeter alios populos Graeci et Romani insignes fuerunt.

Jam postquam de significationibus nostri pronominis exposui, priusquam longius rem persequar, unus apud Aeschylum locus, cujus ratio ad hanc disputationis partem pertineat, dignus videtur, in quem nonnihil operae conferam.

In Prom. v. 950 seq. (Dind.) haec in libris leguntur:

καὶ ταῦτα μέντοι μηδὲν ἀνικτηρίως,
ἀλλ' αὐθ' ἕκαστ' ἐκφράζει· μηδέ μοι διπλῶς
ὁδοῦς, Προμηθεῦ, προσβάλλης.

Quam scripturam omnes, quos quidem inspicere licuit, editores ex codice Guelferbytano in hac fabula saepius a Mediceo discrepante receperunt, quum ipse Mediceus a p. manu ἀλλ' αὐθ' ἕκαστα φράζει, a sec. manu ἀλλ' αὐθ' ἕκαστα φράζει exhibeat. Jam quum ne nunc quidem satis certum sit atque exploratum, num recte contenderit Dindorfius, omnes qui extarent libri manu scripti Aeschylei ex uno Mediceo esse descriptos, (cf. quae Hauptius statuit in Aeschyl. praef. p. VII et IX ed. Herm.) consentaneum est, non temere hoc loco Mediceae auctoritati nobis esse parendum. Quodsi nostrum iudicium sequimur, fieri non potest, quin primo aspectu Guelferbytani lectio praeferenda esse videatur, siquidem ut Wellauero sic etiam aliis 'ἐκ' praepositio id sonare videtur, quod apte verbo ἀνικτηρίως oppositur. Wellauerum certe omnem oppositionis vim putasse in verbo ἐκφράζει positam esse, ex eo colligendum est, quod αὐθ' ἕκαστα 'singula quaeque' interpretatur (in lex. Aeschyl. 25). Attamen ne cum editoribus faciam, variae monent cogitationes. Atque hoc primum affirmaverim, ἐκφράζειν etiamsi genuinum esset, non admodum procul deflexurum esse ab ea quam habet simplex verbum significatione, quamquam absurdum est, contendere, prorsus nihil ad sensum interesse, sic an aliter loquaris. Hoc igitur tantum contendo, ἐκφράζειν neque 'accurate loqui' neque 'usque ad finem loqui' recte verti posse sed potius 'proloqui', primitiva praepositionis vi paullulum obliterata, eodem usu, quo ἐξερεῖν futurum apud Sophoclem frequens est et nos 'aussagen' dicimus. Dubito autem, quamquam per se recte se habet, id recipere verbum, quod, quum simplex φράζειν frequentissimum hunc apud Aeschylum habeat usum, ipsum neque in Sophoclis neque in Aeschyli eis certe fabulis, quae vetustatem pertulerunt, inveniatur, praesertim quum neque a libris manu scriptis satis munimenti accipiat neque fieri non potuerit, ut praecedens ἕκαστα causam erroris praeberet. Utut vero res se habet, hoc pro certo habemus, 'αὐτά' solum verbo

25) Cf. Herm. ad Viger. p. 166 et adn. (Lips. 1802.)

αἰνικτηρίως opponi debere, ita ut haec sit recta verborum circumscriptio: *μηδὲν αἰνικτηρίως φράσης, ἀλλ' ἕκαστα ἐπλωῶς φράξε.* Cf. Choeph. 121. Prom. 610 et quod nostro loco subsequitur: *μηδὲ μοι διπλωῶς ὁδοῦς προσβάλλης.* Similiter ut hoc loco *αὐτά*, usurpatur etiam *οὐκ ἄλλως* in Sept. c. Theb. 190: *οὐκ ἄλλως ἐρωῶ.*

Jam postquam de pronomine nostri in appositione nominum vel pronominum vi, quantum locus flagitare videbatur, exposui, res admonet, ut ad ipsius appositionis rationem iterum animum advertam, quae quidem ita est comparata, ut nequaquam accuratiore ejus inquisitione supersedere possimus. Ac primum quidem quum dicimus: *ὁ πατήρ αὐτός ἦλθε* pronomem, ut jam supra monui, notionem patris cogitatione iterat et propterea hoc efficit, ut praeter patrem de alio nemine cogitemus. Attamen quoniam *αὐτός* non solum postponitur ei quod determinat nomini sed haud minus saepe praecedat, haec res nos dubios reddere possit, num re vera vim et potestatem ejus perspexerimus. Etenim quum ei anaphoricam naturam ut propriam attribuerimus, et anaphorae notio eo tantummodo contineri videatur, ut res vel jam antea commemorata vel ob alias causas nota rursus referatur sive repetatur, neutrum anaphorae genus hic locum habere non est, quod demonstramus. Quod si ita se habet, sequitur ut, quamvis propter ipsam originatorem hoc pronomem cum quadam necessitate ad rem vel orationem vel cogitationem praegressam referendum esse videatur, tamen ipsa rei ratione adducti ad sequens referendum censeamus. Neque hoc quidem impedimento est, quominus relativam vim retinere putetur, si quidem quid ut ad praecedentem ita etiam ad sequentem rem referri potest. Neque tamen ita rem explicatam velim, tamquamsi *αὐτός* sic positum significet 'hic de quo locuturus sum', sed si probe sentio, sic potius existimem, hoc pronomem eam quam primitus ac propter compositionem habuerit vim hactenus deposuisse, ut, quum tantummodo iteret neque aliud quidquam addat veluti quis dicat: *Regen und Regen und nichts als Regen* h. e. *lauter Regen*, omnino *τῆς ἐνόητος* notionem reciperet, propria 'av' radice natura praetermissa ac neglecta.

Jam vero quum *αὐτός* saepenumero nullo pronomine per-

sonali addito per se eam quam cum illo habet potestatem retineat, quaeritur, qui fieri possit, ut hujus omissionis causam aperiamus et quasi justam excusationem reperiamus. In qua re ante omnia hoc pro certo habeo, nunquam futurum fuisse, ut illa omissio fieri posset, nisi in ipso nostro pronomine haec vis inesset, propter quam omissionem non aegre requiramus et desideremus. In vernaculo certe sermone personalia nullo modo abesse possunt. Contra *αὐτός* propterea omissionem admittit, quia praeterquam quod apponitur nomini vel pronomini etiam illam de qua priore capite exposuimus vim habet, eam scilicet, quam proprie relativam diximus, qua fit, ut quodammodo personalium vice fungi possit. Habet autem hanc vim multo fortiore atque efficaciore, quum semper aliquid oppositum ei sit.

Propter hanc ejus oppositionem, ut quae ambiguitatem oriri vetet, efficitur, ut illa pronomina tamquam superflua saepenumero omitti possint. Tertiae personae personalia eo facilius abesse possunt, quod usu venit, ut et ipsum *αὐτός* hanc maxime personam indicaret. Primae et alterius personae omissio, quae rarior est, eo quodammodo potest compensari, ut is qui loquitur aut se ipsum aut eum, quem adloquitur, ipso digito demonstret. De rectis denique personalium casibus nihil est, quod amplius addam, quippe quos in ipso verbo inesse jam supra monuerimus.

Jam si quis hanc quam dicunt omissionem exemplis illustrari vult, hic ablegandus est ad Herm. opusc. I p. 318. Equidem huc revocem eum qui apud Aeschylum in Choephoris legitur versus 225. (Dind.) Ibi Med. hanc exhibet scripturam:

*αὐτόν μὲν νῦν ὄρωσα δυσμαθεὶς ἐμέ,
κουράν δ' ἰδοῦσα τήνδε κ. τ. λ.*

Cum ea quadrat Guelferb., nisi quod *μὲν οὖν* habet ante mutationem librarii; Schützius contra *αὐτόν με νῦν* scripsit; quam conjecturam agnoscens Hermannus sic legit:

*αὐτόν με νῦν ὄρωσα δυσμαθεὶς· σὺ δέ
κουράν ἰδοῦσα κ. τ. λ.*

At *σὺ δέ* manifesto officit oppositioni verborum *αὐτόν* et *κουράν*. Heimsoeth. scribens:

αὐτόν μὲν οὖν ὄρωσα δυσμαθεῖς ἄρα
 σαυτῆς ἀδελφόν, τῆν δὲ κηδείου τριχός
 κουρὰν ἰδοῦσα ξύμμετρον τῶ σῶ κάρῃ κ. τ. λ.
 σαυτῆς ἀδελφόν et ξύμμετρον τῶ σῶ κάρῃ e versu 230 petivit
 me quidem non comprobante. In hac certe oratione quo ma-
 jor dubitatio est de recta versuum restitutione, eo magis ca-
 vendum est, ne etiam ea, quae ab omni parte integra sint,
 praeter necessitatem vexemus. Importunissime enim fecisse
 mihi videntur, qui codicum scripturam — sive νῦν scribis sive
 οὖν mavis, quod non solum propter sensum sed etiam propter
 diplomaticam rationem praestare videtur — mutaverunt. Αὐτόν
 certe sine pronomine personali rectissime se habet non solum
 quod ἐμέ sequitur sed etiam propter oppositum κουρὰν δ'ἰδοῦσα
 κ. τ. λ. Eodem modo legitur in Eum. v. 290:

(κτῆσεται) . . .

αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεών,
 ubi nemo αὐτόν με scripsit.

Jam quum expositio mea in ea hujus fabulae parte ver-
 setur, qua nescio an nulla apud Aeschylum criticorum studia
 experta sit saepius, ab animo impetrare nequeo, quin et ipse
 pauca, quae huc pertineant, paucissimis afferam, quum neque
 omnes sententiarum diversitates perlustrare liceat, quae
 est longioris disputationis, quam ut hic ei locus sit, neque hoc
 mihi sumam, ut me ipsum difficultates expedire posse putem.
 Ac primum quidem animus me impellit, ut vehementer Ross-
 bachium reprehendam, qui versibus 233 et 234 e suo loco
 ejectis et post v. 243 collocatis misere dramaticam, ut ita di-
 cam, hujus loci vim debilitaverit. Nimirum simulac maximo
 gaudio fratris modo agniti correpta Electra vehementem animi
 affectum gestibus quibusdam prodidit, frater timere incipit, ne
 ea intemperate animo indulgens altiore voce clamet audiatur-
 que ab inimicis (cf. v. 265: σιγᾶθ' ὅπως μὴ πεύσεται τις κ. τ. λ.)
 Propterea ad tranquillitatem eam revocare studet.

Deinde Rossbachius post vv. ἔνδον γενοῦ

τοὺς φιλάτους πικρούς

eos qui in libris leguntur in principio Electrae orationis ver-
 sus 235—237 ὃ φιλτατον μέλημα κ. τ. λ. trajicit, ita ut verba
 ὃ τερπνὸν ὄμμα (Valckenaerius conj. ὄνομα) prima post fratris

agnitionem sint. Quibus perperam praemittit interjectiones
 ἰοῦ λοῦ aptiores quidem illas Clytaemnestrae custodis ori quam
 huic loco ac nescio an nemini probatas. Transpositionis illius
 autem necessitatem Weilius quoque agnoscit²⁶⁾ — quid enim
 non conveniat inter eos, non est opus dicere —. Adducti vero
 sunt, ni fallor, ad hanc trajectionem non minimam partem eo,
 quod verba ὃ τερπνὸν ὄμμα in principio hujusmodi allocutionis
 posita ad naturae tragicorumque consuetudinem magis accom-
 modata judicaverunt quam quae in codicibus illo loco leguntur.
 Sed licet concedam eam quam Valckenaerius proposuit conje-
 cturam immerito viris doctis probatam esse, tamen negem,
 Electram his primis verbis fratrem alloqui potuisse. Si enim,
 quae statim sequuntur, perlegas, hoc certe concedas, Electram
 longe a naturae consuetudine recessuram fuisse, si fratrem
 tam verboso tamque rhetorico loquendi genere, qualis est per-
 sonae vel nominis in quattuor partes divisio, appellare coepisset.

Denique liceat mihi ad tertium eorum accedere, de quibus
 mihi hac opportunitate oblata nonnulla quaerere proposui.
 Praebet enim ansam dicendi vulgata lectio ἀλλῆ in versu 237,
 quae quum manifesto corrupta sit, non assequor, qui adhuc
 criticorum notam effugere potuerit. Sive enim interpretaris:
 'vi tua confisus', neque apta sententia efficitur et hoc obstat
 quod, quantum equidem putem, apud Sophoclem certe et
 Aeschylum ἀλλή nisi de vi vel praesidio extrinsecus accedente
 — similiter ut ἀρωγή — raroque de pugna velut in Sept. c.
 Theb. v. 498, non dicitur, sive recte vertis 'auxilio' — ut in
 Agam. v. 1104 ipse Orestes ἀλλά dicitur — quaeritur, cujus
 auxilio confisus Orestes patris domum recuperaturus sit; neque
 enim hoc fieri potest, ut πατρός mente suppleas. Itaque le-
 nissima mutatione ΔΙΚΗΙ substituere velim. Hactenus de
 Aeschyli loco.

Quum igitur αὐτός hoc habet proprium, ut non solum de-
 biliore sed etiam fortiore vi rei cogitationem referre s. repetere
 possit, passim exempla inveniuntur, in quibus αὐτός non tam

26) Etiam Heimsoethius (p. 165) Electram verbis ὃ τερπνὸν ὄμμα loqui incipientem facit, quamquam in ceteris a Rossbachio longe dissentiens.

obliquis casibus pronominis 'is ea id', quam demonstrativis 'hic vel 'ille' verti debeat. Velut apud Thucyd. I, 83, 2:

πορισώμεθα οὖν πρῶτον αὐτήν. (sc. τὴν δαπάνην)
'hunc igitur (sc. sumptum) primum nobis comparemus!' Cf. Krueger. Xen. Anab. 4, 1, 13. Ea vero exempla, quae Hermannus ad hunc usum demonstrandum ex Homero affert, (in opusc. 1, 317) omnia ita sunt comparata, ut ne paullulum quidem in eis αὐτός ab ea, quam habet 'ipse', potestate deflectat satisque mirum sit, quod fieri potuit, ut eum omnium fere quos proponit locorum vera sententia fugeret. Satis habeo duo ejus exempla eligere. Prius est in II. H, 284:

Ἴδαί' Ἔκτορα πάντα κελεύετε μνησασθαι
αὐτὸς γὰρ χάριμ' προκαλέσσατο πάντας ἀρίστους.

Hoc intellegitur ex eis, quae Helenus ad Hectorem dicit v. 50:

ἄλλους μὲν κάθισον Τρῶας καὶ πάντας Ἀχαιοὺς
αὐτὸς δὲ προκαλέσσαι Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος.

et ex v. 39:

ἦν τινα ποῦ Δαναῶν προκαλέσεται οἰόθεν οἶος.

Itaque haec fere Ajas dicit: 'Solutus Hector adjudicare potest, utrum pugnare pergamus an desinamus, solus enim etiam omnes provocavit'.

Alterum exemplum proponam ex II. I, 682:

αὐτὸς δ' ἠπέλιπεν ἅμ' ἧοῖ φαινομένην
νῆας ἐυσσέλιμους ἄλαδ' ἑλκόμεν ἀμφιελίσσας
καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἔφη παραμυθήσασθαι
ὄκαδ' ἀποπλείειν.

Hermannus non recte post ἠπέλιπεν interpungit. Hoc enim dicit poeta: Achilles non solum se ipsum naves in mare tracturum esse minitatus est sed etiam ceteros se adhortaturum esse dixit, ut domum reveherentur.

III.

Quae a subjecto²⁷⁾ proficiuntur actiones, eae aut in aliam personam a subjecto diversam transeunt aut in eandem redeunt.

27) Quum eam differentiam, quae postero tempore inter subjectum et objectum statuta est, Graeci non novissent, — ὑποκείμενον

de pron. p. 55: συμβέβηκε τὰς ἀπὸ τῶν εὐθειῶν δράσεις μειοῦσας ἐπὶ τὰς πλαγίους ἢ ἐν μεταβάσει²⁸⁾ προσώπων νοεῖσθαι ἢ τὰτὰ τοῦ αὐτοῦ προσώπου τὴν μετάβασιν ποιεῖσθαι. Primo, pergit Apollonius, sermo non habebat, quo harum constructionum differentiam indicaret, sed et transitiva et intransitiva persona uno eodemque pronomine significabatur. Propterea etiam Homerus, antiquissimus poeta, tantummodo simplicia pronomina novit. II. K. 378: αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι. Neque vero fieri potuit, ut haec ab omni parte satisfacerent. Ut enim prima et altera persona semper certa est neque ullam dubitationem admittit, ita tertia persona pronominis quemlibet significare potest praeter me ipsum et eum, quem alloquor. Itaque ubique et verbi et pronominis tertia est persona, ambigi saepe consequens est, persona una eademque sit necne. Propterea ex grammaticis imprimis Aristarchus lege praescripsit, ut simplex primitivum, ubi pro composito esset vel ubi αὐτοπάθεια personarum fieret, semper recto accentu proferretur. Neque tamen etiam intransitivis primitivis rectum accentum non concedebat, quum graviore vi pronuntiari deberent, de qua re infra plura enarrabimus. Apparet igitur, non facile fieri posse, ut accentu persona pronominis satis determinetur, si ipsum ita est comparatum, ut quasvis personas significare possit. Propterea recte Apollon. de constr. II, 20 p. 148 monet, non tam sonum ubique spectandum esse quam ipsam loci rationem, ne, dum solius accentus rationem habeamus, aut sententiam loci corrumpamus, — ut factum est in II. E 64. — aut ipsum Homerum reprehendamus, si forte quid non conveniat inter eum et grammaticorum observationem.

enim et subjectum et objectum significat — ad ea discernenda aliis significationibus utebantur. Itaque eas personas, quae actionem efficiunt, πρόσωπα διατιθέντα, ἐνεργούντα, δρώντα, quae eam recipiunt, διατιθέμενα, ἐνεργούμενα, πάσχοντα (τὸ πάθος ἀναδεχόμενα) dicebant.

28) verba μεταβαίνειν, μεταβιβάζεσθαι, μετίναι, μετάβασιν vel διάβασιν ποιεῖσθαι non solum de quavis actione a subjecto proficiente praedicantur sed etiam saepe nulla notione adjecta alia κατ' ἐξοχὴν de eis actionibus, quae in objectum a subjecto diversum transeunt. Quo fit, ut personae aut transitivae — πρόσωπα μεταβατικά, διαβατικά, διαβιβαζόμενα — aut intransitivae — ἀμετάβατα — dicantur.

Attamen jam apud Homerum etiam epitagmaticum²⁹⁾ pronomen nonnunquam reflexioni indicandae inservire videtur, velut in Il. Ξ 162:

ἔλθεῖν εἰς Ἴδην εὖ ἐντύνασαν ἔ αὐτήν.

ubi nulla est manifesta personarum oppositio. Neque tamen hoc sic intellegi debet, tamquamsi αὐτήν nihil nisi nota quaedam vel signum sit ad ἀντανάκλασιν ostendendam adhibitum, sed Graecis hoc erat proprium ut, quum omnia in sermone quam maxime perspicua esse vellent, disertius res aliis rebus opponerent, quo melius eas discernerent. Atqui quum actiones hominum in alias plerumque res aut personas transire soleant, ubi quis suam ipse actionem rursus recipiebat, hoc etiam tum, quum de nulla oppositione aperta cogitaretur, expressius indicandum esse videbatur nostro pronomine, cujus scilicet ea vis sit, ut alias res aut personas secludat.

Sed antequam hanc expositionem longius perducam, locus postulat, ut ex veterum grammaticorum, imprimis Aristarchi ipsius, qui vir quasi fundamenta ut omnis subtilioris disciplinae sic hujus jecisse putandus est, praeceptis de accentuatione pronominum personalium cum αὐτός conjunctorum datis tantum proponamus, quantum ex Apollonio et Herodiano de ea re edoceamur. Apollonius igitur Aristarchi lectionem Homericam secutus hanc statuit generalem legem, ut personalia cum pronomine epitagmatico conjuncta semper recto accentu proferri debere affirmet, quum sic semper discretivam aliquam vim habeant³⁰⁾. de pron. p. 46: *Τούτω γὰρ τῷ λόγῳ καὶ αἱ μετὰ τῆς ἐπιταγματικῆς μόνως ὀρθοτονοῦνται. πάλιν γὰρ πλείων ἢ διαστολή τοῦ προσώπου.* Quam regulam de constr. II, 18 p. 138 ita angustius definit, ut ἐν ὑποτάξει pronomen personale, quum habeat, in quod se inclinet, posse etiam, si ratio postulet, accentum suum amittere fateatur. Sed quum ne sic quidem omnes in paradosi id est in vulgato textu ex Aristarchea agnoscendo facti loci ita comparati erant, ut regulam agnoscerent, qualis, ut exemplo utar, est locus Od. δ 667:

29) Apoll. de pron. p. 79: *προεῖρηται ὡς παντὶ προσώπῳ ὀρθοτονομένην ἀνεσσι, διὸ καὶ ἐπιταγματικὴ (αὐτός) ἐκαλεῖτο ὑπὸ Ἀριστάρχου.*

30) Jure meritoque Apollonius respuit sententiam eorum, qui generis discernendi causa αὐτός primitivis apponi putent.

ἀλλὰ οἱ αὐτῷ

Ζεὺς ὀλέσειε βίην πρὶν ἡμῶν πῆμα γενέσθαι,
ubi οἱ enclitice profertur, poeticae orationi culpam attribuit, quippe in qua non tam ratio quam licentia dominetur, propter quam etiam hic appositivum esse superfluum³¹⁾. Etiamsi vero in hac Apollonii explicatione acquiescere vellemus, tamen nos moveret respectus loci Il. K 242:

εἰ μὲν δὴ ἔταρόν γε κελεύετε μ' αὐτὸν ἐλίσθαι,

qui haec praecepta prorsus in dubitationem vocare videatur. Sed hoc pronomen Aristarchum eo sine inclinasse dicit Apollonius, ne, quum (κελεύετε) ἔμ' αὐτὸν legeretur, hoc pro composito acciperetur.

Idem refert Herodianus³²⁾, qui praeter Aristarchum etiam Ptolemaeum Ascalonitam ut hujus inclinationis auctorem affert. Jam vero si plane verum esset, quod Herodianus adnotavit, Ptolemaeum affirmasse, semper primitiva cum appositivo pronomine conjuncta recto accentu proferri, magnopere miraremur, quod is Il. O 226:

*ἀλλὰ τὸδ' ἡμὲν ἐμοὶ πολὺ κέρδιον ἢδὲ οἱ αὐτῷ
ἔπλετο.*

contra ipsum Aristarchum primitivum inclinavit. Sed periculum est, ne Herodianus ut saepissime sic hoc loco negligentem adnotationem fecerit. Quod enim addit, de prima tantum alteraque persona Ptolemaeum hoc statuere debuisse, hoc, quantum ex exemplis quidem colligi potest, Ptolemaeus ipse fecit idque sic, ut in his personis multo pertinacius quam Aristarchus regulam observaret, ac nisi ratio loci manifesto flagitare videbatur, ab hac norma non recederet sive praepositum erat αὐτός sive postpositum. Itaque contra Aristarchum in Il. I, 680:

αὐτὸν σὲ φράζεσθαι ἐν Ἀργείοισιν ἄνωγεν

eum legisse commemoratur³³⁾. Quo libentius autem harum personarum primitivis accentum concedebat, eo pertinacius tertiae personae eum denegasse videtur veritus scilicet, ne simplicia recto accentu prolata pro compositis acciperentur. Nunc vero videamus, quid Herodianus in hac re statuerit. *Ἀεὶ, in-*

31) Cf. Hermann. in opusc. 1, 324 seqq.

32) ap. schol. Il. K, 242.

33) ap. schol. I, 680.

quit, αὐτὸς ὁρθοτονοῦνται. Alio loco idem jus secundae personae attribuit. Deinde pergit: ἄλλως τε αὐτὸς εἰς αὐτὸς ὁρθοτονοῦνται οὐχ αὐτὸς μετὰ τὴν αὐτὸς. Sic quod pater ejus modestius dixit³⁴), posse etiam postposita accentum servare primitiva, hoc Herodianus prorsus eis abjudicavit. Hoc de prima et altera persona. Quid de tertia primitivi persona senserit, ex schol. ad II. I, 680 et O, 226 discere fortasse possumus. Priore loco ita loquitur, tamquamsi tertiae personae primitiva rectum accentum habere posse neget, altero: Omnino, inquit, datus οἷ, quum praecedat appositivo αὐτὸς, recto accentu proferri vult, sive est pro simplici pronomine sive pro composito. Possit igitur Herodianus videri uni dativo in tertia persona id concedere, quod cur non item ceteris casibus concedatur, non satis liquet.

Hoc in genere igitur quum intellectum sit ex expositione mea, ut non ab omni parte veteres grammatici inter se consentirent, causam hujus rei quaerentibus Aristarchus ipse, homo inter Alexandrinos modestissimus, quum rationem magis auresque in legendo quam leges sequeretur, certam et constantem normam cuius loco inculcandam statui non debere arbitratus esse videbitur. Omnino in ea re maxime errasse putandi videntur docti illi antiquitatis, quod ea quae enclitica nominari solent verbula natura potius orthotona esse parum reputaverunt. Certe enim quo propius ab incunabulis suis absunt, eo magis omnia verba suam vim plenam et integram retinere consentaneum est. Quod longius persequi neque hujus disputationis est, et hoc satis erit intellegere, apud Homerum maxime non tam quaeri oportere, num quae vocula digna sit, quae rectum accentum accipiat, quam num sit, quod adeo infirmam putemus, ut deicere eum cogatur. Quod saepe ad arbitrium cujusvis redire posse, nemo non videt. Aristarchum quidem vidimus aliquot locis ne tum quidem, quum antecederet epitagmatico primitivum recta forma induendum censuisse, velut in Od. δ 667, ubi vim primitivi satis munitam crederes, et Herodianus quidem orthotonesin desiderat. Sed certe propterea hic inclina-

34) de constr. II, 18 p. 138.

vit Aristarchus, quod non tam persona opposita videtur quam quae de ea praedicantur. Sic enim transmutare licet sententiam, ut in primaria enuntiatione idem subjectum sit quod in secundaria: αὐτὸς ὄλοιτο πρὶν ὀλέσαι ἡμᾶς. Fallitur enim haud dubie Apollonius³⁵), quum hoc idcirco Aristarchum fecisse dicit, quod timendum esset, ne οἷ αὐτῶ pro reflexivo haberetur. Item primitivum ab Aristarcho inclinatum est in II. Ω 292:

αἴτε δ' ὀλωνόν, ταχὺν ἄγγελον, ὅς τε οἷ αὐτῶ
φίλατος ὀλωνῶν, καὶ εὐ κράτος ἐστὶ μέγιστον.

Est hic locus fortasse unus ex eis, in quibus Apollonius pronomen αὐτὸς propter poeticam licentiam abundare arbitretur, neque scio an simili ratione ductus Aristarchus sic legerit.

Hac igitur regula quum sic uteretur Aristarchus, ut singulorum locorum proprietatis rationem haberet, in eo quidem constantissime se gessit, quod semper primitivum eis locis, quibus pro reflexivo est, recto sono proferebat³⁶). Hoc vero quamquam eo maxime sine fecit, ut in tertia persona sono discerneretur reflexivum pronomen a transitivo, tamen anagnosis evincit, eum etiam transitivis tertiae personae, ubi ratio loci postulabat, rectum accentum dedisse³⁷). Quod quum ita se habeat, magnopere miremur necesse est, si Aristonicum ap. schol. II. E, 64 referre videmus, Aristarchum eam ob causam huic versui obelum praeposuisse, quia οἷ τ' αὐτῶ, quum reflexivum tantum esse posset, ab hoc loco abhorreret. Perpicuitatis causa totum locum afferam:

Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο, Τέκτονος υἱόν
Ἀρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
τεύχειν· ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη.
ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτῆνατο νῆας ἕκαστος
ἀρχεκάκους, αἷ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γέροντο
οἷ τ' αὐτῶ, ἐπεὶ οὐ τι θεῶν ἐκ θέσφατα ἤδη.

Idem quod Aristonicus refert Apollonius³⁸) et Herodianus³⁹).

35) de pron. p. 53. de constr. II, 18 p. 137.

36) Apoll. de constr. II, 19 p. 139. de pron. p. 52 A. Herod. ap. schol. II. A, 2 et A, 114.

37) Apoll. de pron. p. 54 B. de constr. II, 19 p. 145. Herod. ap. schol. II. Γ, 128. A, 2. O, 226.

38) de pron. p. 53. de constr. II, 19. 145.

39) ap. schol. II. A, 2. cf. et A, 114.

quorum uterque simul ansam aucupatur, ut suum iudicium prae se ferat. Apollonius ita disputat, tamquamsi Aristarchus ipse omnino transitivis tertiae personae personalibus rectum accentum abjudicaverit. Hoc nunquam Aristarchum voluisse et nos jam satis commemoravimus et Apollonius ex lectione Aristarchea discere debebat, in qua, ut ipse dicit, *πολλὰ ὀρθοτονηθεῖσαι ἀντανάκλασμον οὐκ ἐδέξαντο* 40). Verius Heriodanus discipulis Aristarchi hanc severius factam regulae circumscriptionem exprobrat, qui, ut ipsius verbis utar, *διηκεῖ τὴν ἀγάγνωσιν οὐκ ἐφύλαξαν*, ex qua cognoscatur, enclitice quidem prolata primitiva omnia transitivo usui esse, non contra omnia orthotona reflexivo. Jam quum revertimur ad illum Iliadis locum, hunc praeclarissimum illum criticum propter solum pronomen eiecisse, vix adducor, ut mihi persuadeam, perquamque mihi probabile videtur, quod Lehrsius 41) adnotat, se non putare, pronominis rationem unam causam fuisse atheteseos sed oracula etiam illa, quae non novisset Alexander, offensionis fuisse, quod ipsum prae grammatica illa quaestione deinde fere neglectum esse. Quamquam in eo fallitur, quod οἱ τ' αὐτῶ ad Alexandrum refert, fortasse falso opinatus, relativa ὅς in vv. 60 et 62 ad *Τέκτονος* pertinere. Hoc enim si verum esset, in versu 64 tantummodo de Alexandro sermonem esse posse concederemus, accuratiorem de morte *Τέκτονος* commemorationem ut in epico poeta desideraturi. Sed perinde atque hic relativum in vv. 40 et 77 non ad patrem, cui subsequitur, sed ad filium spectat.

Quum igitur apud Homerum ex plurimorum et doctissimorum antiquitatis grammaticorum testimonio pro transitivo et intransitivo pronomine una eademque forma extet, non ita multo posterius tempus 42) alteram quoque formam protulit, compositam dico, *ἐμαντοῦ σεαντοῦ ἑαντοῦ*, quae non nisi tum adhibetur, quum actio ad eandem personam revertitur, a qua perficitur. Propterea composita etiam *ἀντανάκλωμεναι* 43) — quod

40) Apoll. de pron. p. 54 B.

41) Lehrs. Aristonic. p. 164. qu. epic. p. 116.

42) Jam Hesiodi aetas. Cf. Schoem. opusc. acad. II. p. 504 seq.

43) Apoll. de pron. p. 86 A., p. 145 A., II, 25, 175. Bekk. Anecd. I, 406 s. v. ἀντανάκλασι. κατὰ ἀνάκλασιν ἀπό τινος μεταφομένη. γίνε-

verbum translatum est ab eis corporibus, quae in se ipsa restringuntur — vel *αὐτοπαθεῖς* vocantur, simplicia autem *ἀλλοπαθεῖς*, quia ab aliis non a se ipsis profectam patiuntur actionem. Jam igitur contingit, ut, quum una eademque est persona quae agit et patitur, etiam una voce *ἐμαντοῦ* utamur, quum autem transitio personarum locum habet vel subjectum et objectum duae diversaeque personae sunt, non nisi dissoluta pronomina *ἐμοῦ αὐτοῦ κ. τ. λ.* adhibere liceat. Haec vero duplex personalium forma in obliquis tantummodo casibus suppetit nec sine justa causa, siquidem composita propterea inventa sunt, ut ambiguitas personarum tolleretur, quae quidem in rectis casibus esse nequit. Itaque supervacaneum certe erat *ἐγὼ αὐτός* componere, quod fieri non potest, ut composita forma *ἐγαντός* ullam significationis potestatisque discriminationem efficiat. Jam igitur, inquit Apollonius, manifestum est eos falli qui, quod compositorum *ἐμαντοῦ κ. τ. λ.* nominativi *ἐμαντός κ. τ. λ.* non inveniuntur 44), hoc consuetudini loquendi vitio vertant. Neque enim intellegunt, ipsam rei rationem impedimento esse, quominus hi nominativi in usum recipiantur. Ac primum quidem si quis dicit: *ἐμαντός ἔπαισα* haec propositio duos nominativos habet, quoniam in ipso verbo rectus casus inest. Atqui non rectis duobus casibus opus est in propositione sed uno recto altero obliquo, siquidem actio aliqua a subjecto ad objectum transiens indicari debet. Hic quispiam contra dixerit, ut ex verbo recti casus evocentur ita etiam ex composito *ἐμαντός* obliquum casum elici posse, ut *ἐμαντός ἔπαισα* idem valeat quod *ἐμὲ αὐτός ἔπαισα*. Hoc quominus fieri possit obstat, quod compositum *ἐμαντός* omnes cohiberet casus obliquos, *ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ* et propterea facile esset ambigere, quem casum elicias. Quae ambiguitas non semper tolleretur appposito verbo. Potest sane tolli, quum verbum unum regit casum non item, quum duos, ut *τέμνω σε τέμνω σοι* dicere licet. Neque enim

ται δὲ τοῦτο ἐπὶ φωνῆς, ὅταν ἀντηγῆ, καὶ ἐπὶ φωτὸς ἡλιακοῦ, ὅταν λείψιν τιλὴ λαμπροτάτω ὕδατι προσπέσῃ. Etym Magn. p. 112: ἀντανάκλασις· ἢ ἀπὸ τινος ἐπὶ τι κίνησις καὶ ἐξ ἐκείνου πάλιν ἐξ οὐ προῆλθεν ὑποστροφή, ὡς ἐπὶ σφαιρῆς.

44) Semel Pherecrates in 'Metoeois' nominativo utitur ac fortasse ridiculi causa: Apoll. de pron. p. 144 B.

hoc fieri potest, ut, quum dicis *ἐμαντὸς τέμνω*, articulus ad discernendos casus accessatur⁴⁵). Sed id quod unum maxime arguit, *ἐμαντὸς ἔπαισα* et similia consistere non posse, ne declinari quidem posset *ἐμαντὸς*, si tamquam recta et justa forma esset receptum, neque in medio, quod declinabilia, quum primum in priorem compositi partem abierunt, declinari desinunt, neque in exitu, quia non nisi nominativus verbis ut subjectum apponitur. Quodsi nominativus non habet obliquos casus, sequitur, ut ne obliqui quidem habere possint nominativum.

Alio loco⁴⁶) Apollonius refellit Tryphonem, quem genitivum *ἐμαντοῦ*, ubi pro possessivo sit, non ex primitivo pronomine *ἐμοῦ* sed *ἐκ τοῦ συνάρθρου*⁴⁷) componere voluisse narrat. Quodsi verum dicit Apollonius, Tryphon sine dubio propterea in hanc sententiam adductus est, quod *ἐμαντοῦ* κ. τ. λ. inter articulum et nomen interponitur, quum dicamus: *ὁ πατήρ μου ὁ πατήρ αὐτοῦ*⁴⁸). Itaque ex Tryphonis sententia *τὸν ἐμαντοῦ πατέρα ὄρω* idem est quod *τὸν ἐμὸν αὐτοῦ πατέρα ὄρω*⁴⁹). Cf. Thucyd. I, 5, 1 *ἡγουμένων ἀνδρῶν — κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἔνεκα*. Sic etiam Romani: 'meum ipsius fratrem video.' Quamquam vereor, ne Apollonius ut saepe aliorum sic etiam hic Tryphonis sententiam consulto non recte intellexerit, quo magis suum ingenium perluceret. Perquam enim mihi verisimile videtur, Tryphonem tum demum possessivum pronomen in composito collocasse, quum etiam res possessa (*τὸ κτῆμα*) genitivum recepit. Quae sententia eis certe exemplis confirmatur, quae Apollonius proponit quaeque nescio an ab ipso Try-

45) Ut nonnulli articulum nominibus ad genus discernendum praeponi falso opinati sunt Apoll. de constr. I, 5, 23.

46) De pron. p. 86 C. seq. de constr. II, 23, 169 seq.

47) Dionysius Thrax §. 22.: *τῶν δὲ ἀντωνυμιῶν αἱ μὲν εἰσιν ἀσύν- αρθροι, αἱ δὲ σύναρθροι: ἀσύναρθροι μὲν οἷον ἐγώ, σύναρθροι δὲ οἷον ὁ ἐμός*. Hanc partitionem Apollonius improbat de pron. p. 17.

48) Inveniuntur tamen nonnulli loci, ubi *αὐτοῦ* est interpositum articulo et nomini. Xenoph. Cyrop. I, 1, § 5: *τῇ αὐτοῦ γνώμῃ* 'consilio ejus'. Thucyd. 8, 48, 4: *ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ*, 'in ipsius imperio'.

49) Sic *ἐμὸν αὐτοῦ θυμῷ* Il. K 204. *ἐὸν αὐτοῦ χρεῖος* Od. α 409. Memorabilis est collocatio in Aesch. Sept. c. Th. 632 (D): *τὸν αὐτοῦ σου κασίγητον*. Agam. 1323: *θρήνον-ἐμὸν τὸν αὐτῆς*.

phone petiverit: *τοῦ ἐμαντοῦ φίλου ἤκουσα, τοῦ ἐμαντοῦ οἴκου δεσπόζω* 'meae ipsius domus dominus sum'.

Quamquam igitur plerique cum Aristarcho consenserunt, Homerum quidem composita nondum novisse, tamen etiam fuisse, qui Homero hunc usum ascriberent Apollonius docet⁵⁰). Quibuscum etiam Ptolemaeum fecisse cognoscimus. Is enim scripsisse dicitur:

*ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἐξέφρων
τὴν αὐτοῦ φιλέει καὶ κήδετα.*

Neque tamen in eo se continuerunt sed etiam legendum censuerunt Od. κ, 27:

αὐτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσιν
ut esset *αὐτῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν*. Hic igitur locus est quaerendi, qui fiat, ut et tertiae personae compositum etiam prima et alteri personae inserviat, et pluralis ejus extet numerus, quum cetera composita plurali careant. Apollonius quidem eos, qui Homerum *αὐτῶν* pro *ἡμῶν αὐτῶν* et similia dixisse volunt vehementer objurgat⁵¹), quod propter suam inscientiam putent, Homerum tam inscium fuisse, ut non solum in personis sed etiam in numero peccaret. Optimo enim jure Aristarchum formas *ἐαντῶν ἐαντούς*, quarum prior pars singularem numerum haberet altera pluralem, ut a legibus sermonis alienas reprehendisse locuplete teste Homero usum, qui quum unus peritissimus fuisset sermonis, non nisi dissolutas formas *σφᾶς αὐτούς*, *σφῶν αὐτῶν* agnovisset. Contra Aristarchum etiam Habronem fecisse videmus⁵²), qui et argumentis et Platonis exemplis hanc quam Apollonius *παράλογον* dicit compositionem probare studet. Jam vero si Apollonius, quia non pariter atque *ἐαντούς* etiam *ἐμαντούς* et *σεαντούς* formatur, causam ejus anacoluthiae in eo quaerit, quod in prima et altera pluralis persona diversae personae commixtae sint, in prima *ἡμᾶς: ἐμὲ καὶ σὲ κἀκείνος* vel *ἐμὲ καὶ ὑμᾶς* vel *ἐμὲ καὶ αὐτούς*, in altera *ὑμᾶς: σὲ καὶ αὐτούς*, quae personarum diversitas a compositorum pronominum vi ac natura abhorreat, hoc quamquam pul-

50) De pron. p. 101. Herodian. ap. schol. II, I, 342.

51) De pron. p. 90 seq. de constr. II, 19, 141.

52) Apoll. de constr. II, 28, 181.

chre excogitatum est, tamen veram rei causam non praeuisse ex eis, quae jam expositurus sum, intelletur ⁵³). Recentiores grammatici plerique, simili errore ut Apollonius capti, rem ita explicant, ut dicant, primo tantummodo in plurali numero consuetudinem loquendi a norma aberrasse et ad evitandas formas ἡμῶν αὐτῶν ὑμῶν αὐτῶν tertiae personae reflexivo pronomine saepe tamquam omnium personarum communi usam esse; postero vero tempore vera rei ratione oblivione obruta longius aberratum esse atque etiam in singulari numero *ἐαυτοῦ* de prima et altera persona usurpatum. Sed magnopere dubitandum est, num consuetudo hoc sibi sumptura fuerit, nisi ipsum *ἐαυτοῦ* eam haberet vim, propter quam omnium personarum esse posset. Propterea fieri non potest, quin verissime judicaverit Schoemannus, pronomen *ὃ οὐ οἷ ἔ* natura ita comparatum fuisse, ut generalem et absolutam demonstrandi vim haberet et, quum nullam personarum discretionem contineret, pariter omnes significare posset ⁵⁴). Ac postquam prima et altera persona suum pronomen accepit, hoc eo aptius tertiae maxime personam indicare coepit, quae et ipsa quasi infinitum atque absolutam potestatem habeat ideoque etiam ἀοριστοῦμενον πρόσωπον appellatur. Remansit igitur haec primitiva pronominis vis in reflexivo *ἐαυτοῦ*, quae propter vim ac naturam suam tum scilicet maxime locum habet, quum ex contextu sententiarum, quota persona intellegi debeat, manifestum est. Nunc etiam facile perspicimus, quomodo, ut Apollonii verbis utar, ἀφ' ἐνικῆς συντάξεως τῆς ἐαυτόν πληθυντικῆ ἐγένετο ἡ ἐαυτοῦς. Ut enim primitivum *ὃ* personas non distinxit sic ne numerum quidem potuit discernere. Et inveniens ejusmodi exemplum et alibi et in Hymno ad Venerem IV, 267:

τεμένη δέ ἔ (= αὐτῶς) κικλήσκουσιν

cui frustra Baumeisterus obloquitur. Sic etiam *σφε*, quod pro-

53) De constr. II, 28, 184 seq.

54) Cf. Schoemann. de partt. or. p. 109 adn. Etiam Polonica lingua eodem reflexivo pro omnibus personis utitur: Kocham się Kochasz się Kocha się Kochamy się *φιλῶ αὐτόν* etc. Huc etiam pertinet, quod infantes de se tamquam de tertia persona loquuntur, priusquam prima et secunda persona uti consueverunt.

nomen apud Homerum semper de pluribus dicitur, apud Tragicos etiam de uno usurpatur, ut in Soph. Oed. C. 40:

θεαί σφ' ἔχουσι sc. τὸν χάρον ⁵⁵).

Item *σφιν* singularem indicat numerum in Aesch. Pers. 759 (D):
τοιγὰρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξεργασμένον μέγιστον ⁵⁶).

Huc pertinet, quod in eadem fabula v. 900:

ἐκράτννε σφετέραις φρεσὶν

σφέτερος de uno Dario dicitur. Idem pronomen etiam de prima persona singularis Theocritus usurpat. Idyll. 25, 163:

ὥσει περ σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ βάλλομαι ἄρι ⁵⁷).

Quatenus vero haec latior pronominis *ἐαυτοῦ* potestas in usum veterum scriptorum abierit, hoc aliis investigandum relinquo ⁵⁸). Hoc unum commemorari debet, in singulari numero multo pauciora ejus vestigia superesse, quamquam exemplis non caremus. Quod si ita est, magnopere miremur necesse est, quum Apollonium ita loqui audiamus, tamquamsi hic usus nunquam pluralem numerum excesserit: οὐ γὰρ φαμεν ἐαυτὸν ὕβρισά ἢ 'ἐαυτὸν ὕβρισας', 'ἐαυτοῦς' δὲ 'ὕβρισαμεν' ⁵⁹). Apud Aeschylum quidem satis certum est, quattuor locis formam *ἐαυτοῦ* in singulari numero pro secunda persona usurpatam esse, semel pro prima: Agam. 1141: ἀμφὶ δ' αὐτῶς θροεῖς. 1297: μόρον τὸν αὐτῆς οἶσθα. 1544: κτεῖνας ἄνδρα τὸν αὐτῆς. Choeph. III: πρῶτον μὲν αὐτῆν (scil. ἔννεπε). 221: αὐτὸς καθ' αὐτοῦ μηχανορραφῶ. In horum igitur exemplorum plerisque quum *ἐαυτοῦ* non nisi usque ad secundam personam potestatem dilataverit, apertum est, Aeschylum metri ratione coactum ad hanc formam refugisse, ubi vero per metrum nihil referret, utra forma sumeretur, tantummodo usitatorem adhibuisse. Primae enim personae pronomen cum tertiae commutare minus opus erat, ut quae ambo non solum ex totidem syllabis eademque mensura constant sed etiam a vocali littera incipiant. Neque enim dubium est, quin fallatur, si quis forte

55) Eadem vox privata digammate apud Romanos utriusque numeri est.

56) Cf. et. Soph. Oed. C. 1490. Hom. Hymn. 19, 19. Pind. Pyth. 9, 116.

57) Cf. Heiner. Hesiod. scut. 90.

58) Cf. Schoemann. de partt. orat. p. 109 adn. 2.

59) De constr. III, 2, 195.

propterea *σεαυτοῦ* cum *ἐαυτοῦ* potissimum commutatum ab Aeschylō censet, quia utraque forma natura una eademque est. Attamen quum tertiae personae reflexivum etiam bisyllabum existere possit *αὐτοῦ*, fieri potuit, ut poetae hanc formam etiam primae personae pronomini praefere cogerentur. Cujusmodi alterum exemplum apud Aeschylum non inveniebatur, antequam Hermannus scripsit in Choeph. 1014 (D):

νῦν αὐτὸν αἰνῶ, νῦν ἀποιμῶζω παρῶν

pro eo, quod vulgo legebatur *αὐτόν*. Quam emendationem optimo jure recepit etiam Weilius, qui tamen de suo nihil ad hunc locum conferre debebat. Etenim quum eos qui post v. 996 legi solent versus: *τί νιν προσείπω ... θερμαίνοι φρένα* post v. 1013 inserit, ob eam quidem rem laudandus est, quia non cum Dindorfio vv. 993—1004 ab interpolatore illatos censet, — nam si ei versus Dindorfio auctore (cf. praef. XLIX) parum Aeschylei sunt, hoc contra quaerere licebit, num cui ita comparati videantur, ut ex interpolatoris alicujus manu eos profluxisse veri simile sit — sed in eo fallitur, quod eos nostro loco addicendos putat. Huic enim eos minime convenire facile intellegit, quem non fallit, ejusmodi animi perturbatione Orestes post chori verba correptus hos octo versus proloquatur. Sequitur igitur, ut in antecedente Orestis oratione locum habeant. Atque hoc quidem jam Meineckius in Diurnis antiquariis a. 1843 p. 183 intellexit ab eo quo in libris leguntur loco plane eos esse alienos. Neque tamen recte illo auctore Hermannus ante v. 983 *ἐκτείναι' αὐτό* eos collocavit, quia optime Weilius monuit, fore sic, ut Orestes velum nondum explicatum alloqueretur. Quae quum ita sint, nobis quidem verum locum circumspectantibus vix dubium esse videtur, quin hi versus post v. 990 repositi tantum absit ut sententiarum nexum turbent, ut sic aptissime omnia cohaerere et procedere videantur. Nam quum vv. 991—996 eo quo in libris reperiuntur loco sententiam jam conclusam satis longo flumine recipiant neque tamen quidquam addant, quod eam illustret, contra hoc efficiant, ut a priore sententia abducamur, hic opportunissime se praebent, ut opponantur verbis: *τοιούτον ἂν κηρύσαιο φηλήτης ἀνὴρ κ. τ. λ.* Itaque hic sensus existit: Fur quidem si ejusmodi dolum sibi comparavit, quo hospites e vita tolleret,

hoc certe non est absonum ab ejusmodi hominis moribus neque habet mirationem; uxor vero si tam incredibile scelus commisit, ut eo uteretur ad ipsum maritum interimendum, quanta eam nequitia praeditam judicemus? Jam si quis ex me quaerit, qui fieri potuerit, ut falsa illa versus transpositio orta sit, causa ejus rei nescio an inde repetenda sit, quod librarius quum connexum sententiarum attentiore animo persequeretur, per errorem ad oppositionem illam *ἦτις δ' ἐπ' ἀνδρῶ* etc. facile post v. 990 se inseri patientem oculos transvertit. Si cui autem propositio interrogativa *τί νιν προσείπω* etc. sine copula se applicans neglegentius versui 990 adjuncta esse videtur, hoc asyndeton justam excusationem habet eo, quod Orestes antea brevem loquendi intermissionem fecisse putandus est. Similiter res se habet in v. 844:

πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω;

Ante haec verba quum Weilius quamlibet scilicet ansam aucupans, quae ad probandam illam antitheticam diverbii Aeschylei compositionem⁶⁰⁾ conferre possit, versum excidisse statuit, quia oratio hiulca sit, non reputat, illam omissionem, quam ipse

60) Weil. ad Choeph. praef. Jahrb. f. Philol. 79, 721 fgg. 835 fgg. 83, 377 fgg. (81, 809—864). Journal gén. de l'instruction publique 1860 nr. 24, 25, 26. Cf. et Ribbeck schweiz. Mus. 1, 230 fgg. Ipse simul atque audivi de ea quam Weilius prae se fert inventione, quum autemet etiam diverbium Aeschyleum ex periodicis constare ad canticorum strophas et responsione et implicatione prope accedentibus, multum temporis in hujus rei inquisitione consumpsi et magis magisque sortem Aeschyli deplorare coepi, qui tantum non ad arbitrium ingeniosorum hominum miserrime laceretur. Quamquam hoc non sic intellegi volo, quasi nihil veri in illis studiis inesse contendam. Immo ipse saepenumero gavisus sum, quotiescunque symmetricae cujusdam rationis vestigia indagavi; tantum vero abest, ut ea qua Weilius utitur ratione in disponendis diverbi systematis firmum munimentum addatur criticae arti, ut periculum sit, ne sic plane labefactari incipiat. Quod vero dixi aliquid certe veri in hac re inesse, hoc et alii jam probaverunt et ipse uno saltem exemplo satis habeo demonstrasse. In Supplicibus enim quum parodi posteriorem partem (20—40) anapaesticam paullo intentiore animo perleges, paroemiocorum ratione habita miram ejus dispositionem invenies, cujus formula haec est

$\overbrace{\quad\quad\quad}^{\quad}$
 4. 3. 7. 3. 4.

Sententiarum autem nexum si sequeris, videbis,

sic verbis exprimit: Ἄλλ' οὐ σαφὲς γὰρ οὐδὲν ἔστι πω τέκμαρ
jam in praecedentibus quodammodo latere cogitationeque sup-
plendam esse; siquidem propositio καὶ τὸδ' ἀμφέρειν δόμοις
γένουτ' ἂν ἄχθος αἱματοσταγῆς φόνῳ | τῷ πρόσθεν ἔλκαινουσι
καὶ δεδηγμένους nihil aliud est quam ἀπόδοσις hujusmodi con-
ditionalis sententiae: εἰ δὲ τοῦτο ἀληθῶς ἔχοι. Quod autem
poeta tam abrupte loquentem inducit Aegisthum, hoc propterea
fecit, ut vitae consuetudinem imitaretur. Timet enim Aegisthus,
ne quanto gaudio affectus sit propter Orestis mortem appareat,
cauteque circumspiciens, ne suis verbis prodatur, breviloquus
esse studet. Vides etiam verba καὶ (etiam) τὸδ' ἀμφέρειν etc.
et v. 847 negligentius cum praecedentibus cohaerere neque
tamen non recte se habere. Praeterea non est periculum, ne
quis mihi vitio vertat, quod in v. 843 a Medicei ceterorumque
manu scriptorum lectione ἔλκαινοντι et δεδηγμένῳ discedens
cum Bambergero facio, qui ἔλκαινουσι et δεδηγμένοις scribit.
Cur non potius δόμῳ scribendum censeam, non est difficile
conjectura assequi. Ceterum vero non est, quod moneam per-
saepe a librariis numeros nominum aut verborum mutatos esse.
At ne sic quidem ab animo impetrare possum, quin locum, ut
nunc est, nondum plane emendatum habeam. Nam neque δει-
ματοσταγῆς, quod Med. exhibet, placet, neque αἱματοσταγῆς pro-
bari potest, quum mihi persuadere nequeam, mortem Orestis
a summo poeta 'onus sanguine stillans' dictam esse. Quam
causam qui noscet, non ultra modestiae modum me prodire ju-
dicabit, quum αἱματοσταγῆ φόνῳ scribo mutatione lenissima pro-
pter similitudinem I et C litterarum. Sic poeta in Agam. v. 1309:

φόνον δόμοι πνέουσιν αἱματοσταγῆ

loco similiter comparato dicit. Denique quum et Hermannum

septem versuum mesodum interpunctione post χόρας (v.30) posita in
duas pares partes esse divisam, quarum altera exitum altera princi-
pium contineat duarum majorum periodorum (20—30, 30—40), quarum
utraque 10½ versuum est. Quam distributionem quum non sit cre-
dibile casu factam esse, non est veri dissimile, etiam in priore parodi
parte usque ad v. 19 pertinente primitus similiter periodos sibi re-
spondisse, aut saltem universam parodi partem priorem (1—19) parem
numerum versuum habuisse atque alterum (20—40); neque manifesta
decimi versus corruptela hanc conjecturam non facit probabilem.

et alios verbi ἀμφέρειν veram potestatem non perspexisse vi-
deam, non abs re est, ut eos, qui de ea quam hic habet signifi-
catione dubitent, ablegam ad Thucyd. 3, 38, 3, ubi scholiast.
verbis τοὺς κινδύνους ἀναφέρει adscribit: ἀναλαμβάνει, ἀναδέ-
χεται, Cf. etiam Kruegeri adnotationem.

IV.

Jam reliquum est, ut de ea quam ὁ αὐτός habet significa-
tione loquar. Quam expositionem, quum multi et docti homi-
nes ei rei operam navaverint, ne relata referre videar lectorem-
que nota repetendo vexem, quam angustissimis finibus coercere
studebo. Et quum in usu quidem ejus pronominis explicando
utpote nemini ignoto, vix opus sit tempus consumere, hoc
potius attingam, qui per naturam fieri possit, ut hac potestate
fungatur. Ac primum quidem quum antiquorum grammaticorum
sententiam huc revocamus, Apollonius rem ita explicat, ut in
ὁ αὐτός duplicem anaphoram inesse dicat⁶¹), unam in articulo
alteram in ipso pronomine: ἔγκειται μὲν ἐν τῇ αὐτός ἢ ἀναφο-
ρά. ὁπηγνίκα δ' ἑτέρα προσγίνεται, τὸ ἐγκείμενον τῆς ἀναφορᾶς
ἐν τῇ αὐτός συμπαραλαμβάνεται διὰ τοῦ ὁ ἄρθρου, δηλοῦντος
καὶ αὐτοῦ ἀναφορᾶν, καὶ οὕτω δις ἀναφέρεται. Quod vero hic
articulus rem referre dicitur, hoc ex propria ejus vi ac natura
consequi Apollonius judicat: καὶ τὰ ἄρθρα δὲ ἀναφορᾶν δηλοῖ⁶²).
ἔστιν οὖν καθὼ καὶ ἐν ἄλλοις ἀπεφηνάμεθα ἴδιον ἄρθρον ἢ
ἀναφορᾶ, ἣ ἔστι προκατελεγμένου προσώπου παραστατικῆ⁶³).
Anaphorae notionem alio loco accuratius definit⁶⁴): πᾶσα γὰρ
ἀναφορὰ γνώσεως προῦφεστάσης ἔστι σημαντικῆ, τὸ δὲ γινωσκό-
μενον ὄρισται. In eo igitur anaphorae vim contineri censet,
ut rei jam antea commemoratae vel ob alias causas notae cogi-
tatio iteretur sive repetatur. Itaque si quis dicit: τὴν αὐτὴν

61) De constr. I, 28, 59.

62) De pron. 4. C.

63) De constr. I, 6, 26.

64) De pron. p. 6 B.

οδον ηλθον, hoc fere idem est acsi dicat: ea ipsa, quam jam antea dixi s. quam nosti, via ivi. Hinc non est alienum exemplum Il. K 25: *ως αυτως Μενελαου εχε τρομος*: 'eo ipso modo s. eodem modo quo Agamemnonem vidimus Menelaum timor tenebat'. In hac vero propositione *την αυτην οδον ηλθον*, ην συ (sc. ηλθεες) res agnoscitur sub juncta relativa enuntiatione, qua haec via ab aliis distinguitur. Ut igitur adhuc in Apollonii sententia acquiescere licuit, ita accuratius in rem inquiringibus exempla occurrent, quae nullo modo ab illa quam Apollonius intellegit anaphorica vi explicationem petere possint; puta in hac enuntiatione: *πολλάκις τὸ αὐτὸ φάρμακον τὸν μὲν σώζει τὸν δὲ ἀπόλλυσιν* neque commemoratum est antea ullum *φάρμακον* neque unum certum ac definitum subintellegi potest. Apparet igitur Apollonianam articuli definitionem non explere totam ejus vim ac notionem. Quodsi quis veram sibi potestatem articuli aperiri vult, ea potius consulat, quae de eo disputat Schoemannus⁶⁵), quem equidem citasse malo quam compilasse.

Jam. vero ipsius pronominis sic cum articulo conjuncti potestas non tam obscura est, ut longiore egeat explicatione. Etenim ut pronomen, quum 'ipse' valet, rei vel personae notionem repetit sic hic definitivam ac distinctivam articuli vim iterando auget. Hoc igitur quum ita faciat, ut eam quae fit articulo demonstrationem repetat, non est, quod miremur, si etiam destitutum articulo eandem fere vim retinet, id quod tum fieri potest, quum una demonstratione res satis determinata videtur. Ut enim in Od. Θ 107:

ἦρχε δὲ τῷ αὐτῆν ὁδόν, ἦνπερ οἱ ἄλλοι
 nullo magno sententiae detrimento etiam *ἦρχε δὲ τῷ τῆν ὁδόν*, *ἦνπερ (καὶ οἱ) ἄλλοι* substituere licet, sic eo facilius *αὐτῆν* hanc potestatem suscipere videtur, ut fere idem indicet quod *τῆν αὐτῆν*, quia propter compositionem praeceteris pronomini-bus relationis munere fungitur. Hanc vero quam dicunt omissionem articuli ab Atticorum sermone alienam esse recte autumat

65) Animadversionum ad vet. gramatic. doctrinam de articulo caput tertium p. 42. Gryphisw. 1862.

Hermannus⁶⁶). Apud Homerum ceterosque epicos aliquoties invenitur; neque vero ex eis quae affert Hermannus exemplis huc trahi debent Od. κ 158: (*εἰς ὁδὸν αὐτῆν* 'in ipsam viam') φ 366: (*αὐτῷ ἐνὶ χώρῳ* 'illico'). Hymn. in Apoll. 179. Il. O 724. Hic sensus est: Tantum abest, ut Juppiter nunc animos nostros in fraudem deducat, ut ultro nos adhortetur.

66) In opusc. 1, p. 332. Unus omnium diligentissime hanc rem tractavit Matthiae Add. ad Eur. VII p. 502. Aliter senserunt Buttm. ad Philoct. 119. Abresch. Dil. Thuc. p. 737.

V I T A.

Ego Robertus Guilelmus Menzel, fidei evangelicae addictus, natus sum Schwersensiae, oppido haud procul a Posnania sito, a. d. XV. Cal. Decembres a. XXXVII huj. saec., patre Guilelmo, matre Rosamunde e gente Vogtiana, quos parentes adhuc in vivis esse magnopere laetor. Litterarum elementis in publicis scholis patrii oppiduli imbutus sedecim annos natus inter gymnasii Friderico-Guilelmini Posnaniensis discipulos ab Heydemanno direttore receptus sum. Ibi mihi contigit, ut insignium virorum Heydemanni, Marquardi, Martini, Schoenborni, aliorum scholis per quinque annos interesset, quorum omnium piam memoriam retinebo. Anno h. s. LIX maturitatis testimonio instructus Berolinum me contuli, ubi Dove rectore magnifico inter cives universitatis Friderico-Guilelminae nomen dedi. Per quattuor semestria scholas frequentavi viri. clariss. doctiss.: Beckeri, A. Benaryi, Boeckhii, Droysenii, Hauptii, Hirschii, Kirchneri, Lepsi, Muelleri, Trendelenburgii. Deinde Gryphiswaldiam profectus Hoefero rectore magnifico in civitatem almae universitatis Gryphiae adscriptus sum, ubi per duo semestria scholis viri. illustriss. doctiss. interfui: Baieri, Georgii, Hertzii, Hoeferi, Schaeferi, Schoemanni. Jam hac occasione data facere non possum, quin omnibus his viris optime de me meritis gratias agam quam maximas.

T H E S E S.

I.

Propert. IV, 16, 20 (Lach.) emendatione egere contendo. Fortasse scribendum est: 'ecce suis fit comes ipsa Venus'.

II.

Horat. Sat. I, 1, 103. Cum eis faciam, qui scribunt: 'illuc unde abii redeo, nemo ut avarus'.

III.

Aeschyl. Sept. c. Theb. (Dind.) versus 426 ejiciendus est.

IV.

Aeschyl. Prometh. 20: pro τόπον legendum esse πάγιον veri simillimum censeo.

V.

In Aristotelica φύξης definitione (Phys. II, 4—6) non omnia esse comprobanda antumo.

